



DE HVMILITATE
ET GLORIA CHRISTI
MARCI MARVLI
OPVS.



h. 111. 19-



Augustino Mulæ Inter Venetos Senatores Patricio
viro. Marcus Marulus. S. P. D.

DVM nup ex Veneti Senatus auctoritate Del-
matia consulatū gereres | vir præstantissime |
Augustine | teq̄ ad patriā meā Spalatū cō-
ferres | quotiēs tibi a iure dicundo octū fuit |
nihil aliud mecum nisi de rebus diuinis ratiocinari sole-
bas. Qua tua erga deū obseruantia prouocatus | opus
piissimum quod tunc in manibus erat | tuo nomini me-
dedicaturum sponte pollicitus sum tibi. Perfecto itaq̄
opere | quod olim promiserā | nunc exoluo. Totum hoc
quod offerimus | Christi Saluatoris nostri humanitatē
diuinitatēq̄ cōtinet. Videbis primū quāta ille in terrā
de caelo descendens perferre voluit | quos labores | quæ
supplicia | vt pro nostris peccatis ipse iustus ⁊ innocens
satisfaceret | nosq̄ diabolo ereptos | ⁊ de terrena ad caele-
ste habitaculum trāsatos deo cōiungeret. Deinde cog-
nosces | ea cuncta quæ ipsi cōrigisse Euangelistaz scri-
ptura testatur | olim quidem prophetaz oraculis | legis
cerimonijs | varijsq̄ rerum euentis fuisse significata.
Postremo intelliges | a quāta humilitate ad qualē glo-
riam idem dñs noster | non aliena | sed sua virtute fuerit
exaltatus. Qui enim per tormenta interēptus fuerat
surrexit de sepulchro viuens in æternum. Quē Iudei
probro cōtempnq̄ habuerāt | discipuli eius in caelum
ascendentem viderunt. Quē Pilatus Herodesq̄ dam-
nauerāt | in caelesti regno ad dexteram sedit dei patris
iterum venturus vt iudicet mundū | in quē venerat iu-
dicandus. Nos ergo si cū illo exaltari cupimus | cū illo
⁊ humiliemur. Interim velim | quādo ista quæ scripsi-
mus perlegeris | quicquid appte appositeq̄ dictum vt
debitur | nō mihi hoc tribuas | sed ei qui donauit. Quis-
quid enim in nobis boni est | a deo est. Meū esse fatebor:

siquid in differendo erratum est / siquid in loquendo vel
barbare positum / vel incoëcinnè incoësultèq; prolatum.
Quale tamē cunq; sit istud quod mittimus / unū mibi
in hoc opere conficiendo propositū errāsse scias / illum
ipsum / per quē creati redēpti saluatiq; sumus / laude q̄
possum maxima prosequi / qm̄ digna non possum / et si
mūl dū beneficia quæ nobis cōtulit recenseo / ad agen-
das gratias desides animos impellere / et ad ea quæ p̄ci-
pit perficiēda vrgere. Quicquid autē premij hic labor
noster meretur / id totum tecū / cui plurimū debeo / eu-
pio cōmunicare. Huiusce autē voti qua ratione cōpos
effici queā accipe. Ista quæ ego dudū conscripsi / tibiq;
dedicavi / tu in multas paginas diffundenda impresso-
ribus trade / ut cū plurimū exēplarioꝝ copia facta fuerit /
illī qui legerint / nō mea magis q̄ tua opera exultentur /
ad eas capessendas virtutes / quibus vera beatitudo cō-
paratur. Ego igitur seminavi / tu occabis / tu runcabis.
Ego plantavi / tu arbuſtabis / tu pedabis / ut et seges ipsa
lætioꝝ proueniat / et viuiferi palmites per ramos quosq;
versum serpendo longe se se porrigāt lateq; ppagent.
Tunc demū fructus ipse / quē dño præstante percipere
licebit / erit vtriq; nostrū cōmunis. vale et cura / sicut fa-
cis / ut sp̄ritu magis q̄ carne valeas. hoc enim Christi
seruum decet.

• A. S. I. M. D. XVIII. •

• XII. K. Aprilis. •

DE HUMILITATE ET GLORIA CHRISTI.

•M. MARVLI OPVS.

PRAEFATIO.



D conservandā animi mansuetudinē vitæq; innocentiam: et in omni rerū adversantium gravitate tolerādī cōstantiam: nihil vtilius homini christiāo esse existimo: q̄ Christi Salvatoris nostri ac dñi assumptas pro nobis passiōes et ipsam crucis mortem quotidie cogitare. Dū enim ad memoriā reducūtur ea quæ ille pro nostrā salute nō modo gerere: verū etiam ab impijs sustinere voluit: diuinæ erga nos cbaritatis magnitudo magis inotescit. pudereq; incipit seruū superbix fastu attollit: quoties considerat: ad tantam humilitatem suū olim dominū se se submisisse. Deus homo factus est: ut hominē suæ diuinitatis faceret participem. Innocēs dñs a seruis damnari sustinuit: ut nos a diaboli seruitute liberaret. vincula a lapas probra sputa flagella: spinarū aculeos: barundinis ictus: felis pocula: clauos deniq; ac lanceā: et per verberum vulnerūq; tormenta mortē ipsas subire dignatus est: ut nos per peccatū alienatos per corporis sui sacrificiū deo p̄i recōciliaret: et in gratiā: quā nobis olim interdictā dolebamus: restitueret. Eramus enim filij iræ: et per Christum facti sumus filij dei. ab inferis reuocati fuimus ad paradysum: de potestate diaboli redempti beatorū spiritū cœpimus esse consortes: et qui de terreni quoq; habitaculi delicijs p̄i mox parentum culpa pulsi exulabamus: Christo duce

¶ 3

TERTIUS

ædificat eam. Gratia dei sum inquit Apla. Id quod sum et gratia
 eius in me vacua non fuit. Quicquid recte agimus quicquid
 sapienter vereque dicimus deo acceptum referamus. Ab illo
 est quicquid bonum est qui solus totius bonitatis fons est. Dicitur
 de humilitate: dicimus de exaltatione dei et domini nostri
 Iesu christi. de qua nihil tam magnum tam excellens dici potest
 quam multo sublimius copiosiusque supersit dicendum. Quis enim
 hominum aut Angelorum gloriam illam quae infinita est neque
 valebit vel animo meriri: vel sermone explicare? Nos quantum
 dominus donare dignatus est his tribus voluminibus terram de
 domino nostro teximus historiam. Dicitur enim de humilitate
 eius quod pro suo erga nos amore submitit se formam serui
 accipiens: labores proferens: iniurias tolerans: supplicia pa-
 tiens: mortisque se se subiciens crucis. Dicitur de prophetarum
 oraculis ad ea omnia spectantibus quae de ipso futura erant:
 ut in eodem impleta iam esse monstraremus: ad illorum confu-
 sionem qui implenda contendunt impleta negant. Dicitur
 postremo de eiusdem exaltatione: eo quod resurrexerit a mor-
 tuis: ascenderit in caelum: et ad dexteram dei patris collocatus sit.
 Vnde iterum venturum praestolamur quoniam mortui resurgent incor-
 rupti: et potentissimi quondam reges ante tribunal iudicis
 nudi atque tremantes stabunt: quoniam tollent iusti in caelum: ut
 beati aequo fruantur sempiterno. Impii vero et increduli de-
 trudentur ad inferos: ut qui nunc a scelere animam retrahere
 voluerunt nunc careant supplicio. Hoc futurum utriusque
 scripturae auctoritas testatur: omnes prophetae: omnes Apostoli: omnes divi-
 narum scripturarum litterarum hoc idem astruunt et affirmant. Tunc de-
 mum manifeste apparebit quale impium contra maiestatem: quam
 grandis gloria eius sit: quod pro nobis pependit in ligno:
 et mori voluit: ne nos morti succumberemus aeternae.
 Hac de re plura loqui non est praesertim propositum: cum praesertim sa-
 tis superque me de ipsa disseruisse sciam: in fine operis illius:
 in quo exempla concitimus sanctorum. Eum tamen quod cum maiestate
 multa venturus est: precor atque obsecro: ut quicumque iudica

Episto-
lus.

LIBER

blimur. Incertū est enim quando id fiet clemētiæ suæ
memor sit / et q̄ peccatores nos esse nō negamus / ventū
p̄stet p̄sentibus / se q̄ pro peccatozib⁹ crucē sua sponte
subiisse probet / cū nobis ignouerit: et nō n̄ris meritis:
sed sua miseratione ab inimici potestate nos eruere et
in libertatem vindicare voluisse. Qua ergo pietate cō
p̄tios redemit: illa in iudicio saluet redēptos.

Deo gratias.

Amē.

CImpressit Venetijs Bernardinus de Vitalib⁹ Venet
tus. Anno Dñi. M. D. XIX. Die. XX. Iulij.

